138.

Sed ut ostendat quia merito fuerit damnata natura non uult facile de tanto malo nec ipse omnipotens liberare. Notandum autem quod hanc sententiam beatus petrus de prouerbiis salomonis iuxta ueterem duntaxat editionem assumpsit pro qua in nostra que de hebraice ueritatis fonte descendit scriptum est. Si iustus in terra recipit quanto magis impius et peccator. Quod est aperte dicere si tanta est uite mortalis fragilitas ut ne iusti quidem qui in celo coronandi sunt hanc sine tribulationibus propter innumeram uiciate nature labem transeat quanto magis hi qui a celestis gratia extorres. Certe propter uite sue damnationis

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%20138 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%20138)